



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 101. Primi Legati monita, ac statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul.XVI.
A.C.1562. VI. An repugnet institutioni Christi
miscere in Missa aquam cum vino.

VII. An Canon Missæ contineat errores, ac tolli debeat.

VIII. Num laudabilis sit ritus Ecclesiæ Romanæ proferendi secreto, & voce submissa verba consecrationis.

IX. An Missa nonnisi lingua vulgari, quæ ab omnibus intelligatur, celebranda sit.

X. Num sit abusus, quasdam certas Missas quibusdam certis Sanctis tribuere.

XI. An removendæ sint ceremoniæ, vestes, & alia signa externa, quibus Ecclesiæ utitur in celebratione Missarum.

XII. Num idem sit, Christum immolari pro nobis, & præberi nobis comedendum.

XIII. Num Missa sit duntaxat Sacrificium laudis, & Gratiarum actionis, an etiam Sacrificium pro vivis, ac defunctis.

§. CI.

Primi Legati monita, ac statuta.

Pallav. n.9.
Sarpinus l. c.
Mem. l. c.
p. 265. Altera die vigesima ejusdem Mensis
Julii alius habebatur conventus, in
quo ad res decenter, ac ordinate pertractandas sequentia præscribebantur
statuta. I. Ad res celerius digerendas
femihoræ spatium præscribatur, quod
tempus Theologi non excedant, sed a
cæremoniarum Magistro statim admo-
neantur, ut desistant.

II. In

II. In singulis argumentis propo-
 tis quatuor tantummodo e Theologis
 a Pontifice missis publice differant, iique
 a Legatis delecti seculares duo, toti-
 demque Regulares. Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

III. Ab Oratoribus Principum e
 Theologis secularibus ab iis missis tres
 seligantur.

IV. Legatorum singuli eligant unum
 e Theologis secularibus, qui ipsorum
 sunt domestici.

V. Ex aliis omnibus Theologis se-
 cularibus Præsulum domesticis, solum
 quatuor selectis in quaque materia loqui
 concedatur, facto ab iis initio, qui in
 Doctoratus dignitate tempore priores
 existunt.

VI. E Regularibus Præpositus Ge-
 neralis quisque tres e suo ordine deli-
 gat; porro juxta hæc regulas ratione
 subducta credebant, quod triginta qua-
 tuor Theologi differerent, iidemque in
 decem congregationibus audiri possent :

Approbatis igitur hisce statutis non-
 nulli seligebantur Patres, qui doctrinæ
 decreta conficerent, quam in rem sancitum,
 ut celebriorum Theologorum con-
 silia exquirerentur. Postea Seripandus
 Cardinalis proposuit modum, quo dog-
 matum capita, necnon Canones circa
 Missæ sacrificium examinentur : præci-
 pue vero in memoriam revocabat Car-
 dina-

Sæcul. XVI. dinalis, quod hæc capita in eodem Con-
A. C. 1562. cilio jam fuerint olim discussa, solaque
 illorum promulgatio ipsis defuerit, adeo-
 que, ut cum majori promptitudine res
 absolvatur, Patres in suis disquisitioni-
 bus breviores esse possent: Granatenis
 quoque Archiepiscopus, necnon Quir-
 queecclesiensis Antistes subjecere, quod
 quæstioni de Sacrificio Missæ adjungi
 posset examen circa Sacramentum Or-
 dinis, ut pariter articulus de residentia
 decidi valeret: verum eorum petitioni
 non annuebant Patres.

§. CII.

*Hisce statutis Theologi Pontifici
adversantes.*

Pallav. n. 10. **H**isce statutis Pontificis Theologi con-
 sentire recusabant, contendentes,
 quod omnibus ea differendi libertas re-
 linquatur, quam quisque pro argumenti
 dignitate necessariam duxerit: ut vero
 opere ostenderent, quod ita se gerere de-
 crevissent, Salmeron horum Theologo-
 rum præcipuus die vigesima prima pro-
 ximi Mensis Julii totum confessus tem-
 pus sibi soli vendicabat, ex tredecim illis
 articulis examini subjectis circa septem
 primos differens: altera autem die Tor-
 res ejus Socius pariter tam prolixum ha-
 bebatur sermonem, ut reliquorum opinio-
 nem excipiendi opportunitas deesset.